

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redecker D. & PP. Ad
celebrandum Sacro-Sanctum Natalem Domini Et Servatoris Nostri Jesu Christi
Omnes & singulos Cives Academicos sedulo hortatur, ut memores redemtae
salutis, summo Redemptori devotas agant gratias**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735635102>

Druck Freier  Zugang



2
75.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RUDOLPHUS
Redefer D. & PP.
Ad celebrandum
SACRO-SANCTUM
NATALEM DOMINI ET SERVA-
TORIS NOSTRI JESU
CHRISTI

Omnes & singulos Cives Aca-
demicos sedulò hortatur, ut memores
redemptæ salutis, summo Redemptori devotas
agant gratias



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr. Anno 1660.



RECTOR UNIVERS. ROSTOCH.

HEINRICUS RUDOLPHUS *Redeker*
CIVIBUS ACADEM.

Salutem!



Elebramus hodie Cives Optimi
diem toti orbi illustrem, huma-
no generi salutarem, morti for-
midabilem & diabolo terribilem:
Quando sacro-sanctam memo-
riam stupenda incarnationis Je-
su Christi devote recolimus. Est
enim hic dies mente ac ratione
humana major, & omni felici-
tate felicior. Est hic dies quem
tot retro seculis pater credentium vedit & gavisus est.
Vedit eundem Legislator Moises, quando plenus Deo po-
pulum Israeliticum consolatus est, *Prophetam de gente tua &*
de fratribus tuis sicut me, suscitabis tibi Dominus Deus tuus, ipsum
audies. Cum enim initio Deus immensa sua bonitate &
sapientia infinita, ordinatam hanc totius orbis compaginem
& edificasset, cœlum astris lucidissimis, terram rebus con-
venientissimis exornasset, hominem etiam ad imaginem
sui creavit, eiq; divinæ auræ particulam indidit,

Exemplum Dei quisq; est in imagine parva.

Ita

Et ita homine delectatus est, ut cum homine omne bonū
communicaret; ideo ab homine etiam coli & laudari vo-
luit. Verum serpens antiquus, qui est generis humani
hostis infensissimus, omnium malorum Architectus calli-
dissimus, illam ineffabilem felicitatem homini invidit.
Quando Evam ad transgressionem legis, & ad arboris ve-
titæ fructum carpendum, & ad maritum seducendum va-
ferrima astutia & veteratoria malitia impulit. Ita unus
homo & una transgressio gaudium & vitam omnibus ho-
minibus eripuit, & variam miseriam cum morte in-
troduxit. Fuit ille lapsus & Adamo & ejus posteris mi-
serrimus, fuit lapsus sanctitatis, justitiae, sapientiae & o-
mnium virtutum; qui, obscuratâ imagine divinâ, nihil
nisi æternam mortis imaginem homini objecit. Quo-
niam per illum lapsum, semper acerbissimis lacrimis de-
plorandum, humanum genus à primogenia illa bonitate
defecit, & totum in diaboli potestatem devenit. Hinc
divina clementia, ut huic malo succurreret, & ne totum
genus humanum periret, ita dilexit mundum, ut filium
suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non
pereat, sed habeat vitam æternam. Neq; enim homo
homini, neq; ullus alius humano generi, lapsu primi pa-
rentis corrupto opem ferre, vel solatium dare potuit,
quam sancta Dei progenies cuius hodie natalem
celebramus: Hæc est illa promissio venturi seminis,
quæ Adamum cum lapsus esset à præceptis Dei
in timore æternæ damnationis, focillavit, dissidentem
rebus suis erexit, afflictum perditumq; recreavit: Hæc,
semen est promissum Patriarchæ Abrahæ in quo omnibus
gentibus benedic Deus: Hæc, semen est quod egre-
dietur è domo David, & cuius thronus stabilitur in æter-
num: Hæc, semen est altissimi quod non nasciturum spe-
ramus sed hodie natum credimus. Solent boni subditi
& ci-

& cives suorum Principum ac Dominorum in signum
amoris & benevolentiae natalem celebrare, imo solebant
non hominum tantum sed urbium quoq; natales festa læ-
titia celebrari, de quibus Zonar. Tom. III. ann. p. 7. Cur nos si-
ne summa lætitia illum diem præterlabi pateremur; qui
omnis felicitatis princeps est; qui si non fuisset ortus, ni-
hil superesset, quo minus omnes occideremur; qui nata-
lis est nostri Regis Servatoris & Salvatoris Jesu Christi. In
quo ille, quem ne totus quidem terrarum orbis capit, ex
virginis visceribus exceptus & genitus est; In quo is natus
est qui intolerabilem Patris sui iram, qua propter peccata
tenebamur, mitigavit, & vel totam in se recepit, qui viam
peccati compressit, aculeum mortis delevit, Diaboli po-
testatem fregit, & vitam nobis reparavit. Nihil equidem
in hoc die contemplamur quod non sit mysterio divinum,
& undiq; gloriosum. Diabolus homines seducebat & suis
repagulis continebat, seductos inferni fauces conclude-
bant, propter infixum & innatum malum, ad quod decli-
nandum nulla vis creata, nullum robur, nulla humana po-
testas valebat. Immanuel autem noster sua nativitate
quæ benedicta est in secula seculorum, expeditum ad cœ-
lum iter nobis patefecit, caligines ac tenebras mundi illu-
stravit, nosq; à laqueis Sathanæ vindicavit in libertatem,
eiusq; furores repulit. Quicquid unus lapsus abstulit, una
iterum nativitas reddidit. Quicquid unus homo sua
transgressione damni humano generi intulit, unus Chri-
stus sua nativitate reparavit. Deo gloria, pax terræ, bene-
volentia & redemptio homini, miraculosa hac nativitate
tribuitur. Cæterum quo penitus admirandæ hujus natalis
Jesu Christi claritatem inspicimus, eo majori miraculo-
rum mole obruti obstupescimus. Expleto enim tempore,
quo Deus se mundo salutem, & gentibus expectationem,

à lapsu

â lapsu Adæ promiserat, Angelum Gabrielem misit in Ur-
bem Galileæ Nazareth , qui Mariæ, intaminata virginis ex
domo Davidis, nunciaret, fore, ut ipsa ex Spiritu Sancto
conciperet, qui vocaretur Jesus: & ita, illa annuente,
verbum quod in principio fuerat apud Deum caro factum est. Quis
hic non cum pio stupore potius, quam insana anxietate &
scrupulosa indagine miretur mysterium. Hic enim hu-
mana cessat ratio, hic docti pariter ac indocti obmuta-
scunt, hic omnis humanæ subtilitatis acies flacessit, quia
Dei verbum à Virgine concipitur, & à suo præcursori Jo-
hanne in utero Matris Elisabethæ exultante demonstra-
tur. Innotescere enim debuit orbis tam grande omnipoten-
tis & benignissimi Dei arcanum, quod jam ante, per clari-
ssimum oraculum omniū Prophetarum gravissimi inno-
tuerat: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur no-
men ejus Jesus.* Cui accedit admirandum illud futuræ felici-
tatis revelatum promissum: *Egredietur virga de radice
Jesse & flos de radice ejus ascendet, & requiescat super eum Spir-
itus Domini.* Hic est flosculus, hæc Virga, hic Immanuel
ex domo Davidis, qui hoc die natus est Bethleem in Iudea
Imperante apud Romanos Augusto. Hic impletum est
vaticinium Micheæ: *Et tu Bethleem Ephrata, parum est ut sis
in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israel.*
neq; illud obscurum fuit Gentibus nonnullis, neq; Prin-
cipibus Sacerdotum & Scribis populi Iudaici. Cum enim
Magi in Oriente viderant stellam cœteris illustriorem &
clariorem, natalem Salvatoris mundi ab ea significari didi-
cerunt, cūq; in Iudea de voti venissent & subducta aliquan-
tum stella, à Rege Iudeorum Herode anxie quare-
rent, ubi novus Rex Iudeorum esset. Ille novitate rei
perterritus facile locum nativitatis à Sacerdotibus populi,
Matthæo teste, sciscitatus est. Neq; de tempore in Sacris
literis

itteris silentium fuit. Debebat enim Christus nasci stante adhuc politia Mosaica, uti vir Dei Moises plenis buccis vaticinatus est: *Non aufferetur sceptrum de Iuda, & dux de fere more ejus donec veniat qui mittendus est S I L O H, & ipse erit expectatio gentium.* Regnabat enim Herodes in Judæa cum Christus nasceretur, verum Regio truncō quasi emortuo. Anno enim 72. a nato Christo exidiū Politia & Judaicæ subsequutum est & hebdomadum Danielis finis evenit, quæ etiam Judæis ipsis attestantibus jam pridem effluxerant quando Titus Vespasianus famosam urbem Hierosolymitanam delevit. Et ita evoluta in hoc tempus fuere, prodita olim de Messia vaticinia, quem illo tempore nascitum prædixerunt, quando sceptrum populi Judaici ejusq; Majestas nondum esset ablata. Hic ergo est Leo de tribu Iuda ex progenie Abrahæ, & domo Davidis, qui diaboli & inferni fauces dilaceravit. Natus est puer qui a Propheta vocatur, mirabilis *Quicquid autem in sanctissima hac nativitate consideraveris, undiq; ratione succumbis neque finem tuum assequeris, quia in Mysterii inquiris rationem ubi mysteriū scis, cessat autem hic humana ratio, quia Dei ratio & Dei verbū quod ante tempus fuit in tempore nascitur.* Unde non inscite quidam curiosius de hoc negotio percontantibus respondit.

*Hic naturæ sileat, Logica lex exultat omnis
Naturæ perit arbitrium, ratiō vacillat.*

Si itaq; ad conceptionem respexeris, virgo sine virili semine concepit, non ex sanguine, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo. Hæc enim erat Angeli qui a Deo ad Mariam mittebatur vox: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te, ideo quod ex te nascetur, filius Dei vocabitur.* Fœcunda itaq; sit virgo sine virginitatis detrimento, ut divina virtute filium Dei gignat. Inauditum exemplum


emplum, quæ pèpérit Mater & Virgo est. Crcdebat María
verbo Angeli, & Deipara facta in æternum beata. O profun-
das dīvitias sapientiæ: quam incomprehensibilia sunt judicia Dei.
Si ipsam nativitatem intueamur, & illa plena est miraculis.
Nascitur Bethleem in oppidulo vili, qui est totius mundi
dominus. Pannis involvitur, qui omnes thesauros mun-
di possidet. In præsepi reclinatur, qui omnium Regum
Rex est. O admirabile humanæ sapientiæ paradoxon! ve-
nit in mundum, per quem factus est mundus. Nascitur ex
matre Maria qui ejusdem pater est. Filius David & semen
Abrahæ fit, qui ante Abrahamum fuit & qui Davidem in se-
dem Regiam collocavit. Vagit in præsepi, cujus nata-
lem altisona voce laudat chorus coelestis multitudinis.
Deus & homo est qui ex foemina nascitur. Deus est, uti
Athanasius in suo symbolo vere Catholico scripsit, ex sub-
stantia patris ante secula genitus: Homo ex substantia
matris in seculo natus. Perfectus Deus, & tamen perfectus
homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.
Æqualis patri, secundum divinitatem: Minor patre, se-
cundum humanitatem. Conjungitur hic finita narura
cum infinita, mortalis cum immortali, creatrix cum crea-
ta. Verbum enim & anima, & caro in unam convenere per-
sonam & hæc tria unum, & hoc unum tria, non confusio-
næ substantiæ, sed unitate personæ. Olim ad imaginem
Dei factus est homo, nunc imaginem hominis, & naturam
humanam assumit Deus, ut ab eterna damnatione ean-
dem securum faceret. Laudemus nos Dominum Cives
optimi, qui miraculosa hac nativitate à Sathanæ insidiis
& inferni faucibus sumus liberati. Accedamus cum devota
lætitia ad cunas Jesu Christi. Accurramus ad gloriose pau-
pertatis oppidulum, ad ditissimæ egestatis tenué hospi-
tium. Præeunt Magi ducente stella & Dominum Mundi
in vili

in vili casa quærunt & adorant. Præeunt Pastores nuncio
angelico afflati & credentes non abhorrent vel in fide va-
cillant propter stabulum, in quo Deus est, propter fœnum
in quo jacet; ubi cunæ præsepe sunt, ubi fœnum pro cul-
citra, ubi fœnum pro stragulo est, quin laudis hostiam offe-
rant illi qui mediator natus est inter Deum & homines. Se-
quamur nos præeuntes, letemur & cantemus cum propheta
David, *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exal-
tavit me, dextera Domini fecit virtutem.* Letemur & Cante-
mus cum Propheta Sephania, *Lauda filia Sion, Jubila
Israel: Letare & exulta omni corde filia Jerusalem.* Letemur
& Cantemus cum Choro cœlestium Spirituum, *Glo-
ria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus
bonæ voluntatis.*

Dabam sub sig. Rector: ipso natali
die Jesu Christi Anno 1660.



emplum, quæ peperit Mater & Virgo est.
 verbo Angeli, & Deipara facta in æternum
 das divitias sapientia: quam incomprehensibili.
 Si ipsam nativitatem intueamur, & illa ple.
 Naſcitur Bethleem in oppidulo vili, qui
 dominus. Pannis involvitur, qui omnes
 di possidet. In præsepi reclinatur, qui
 Rex est. O admirabile humanæ sapienti.
 nit in mundum, per quem factus est mun.
 matre Maria qui ejusdem pater est. Filiu.
 Abrahæ fit, qui ante Abrahamum fuit & q.
 dem Regiam collocavit. Vagit in præ.
 lem altisona voce laudat chorus coles.
 Deus & homo est qui ex fœmina nascitur.
 Athanasius in suo symbolo vere Catholic.
 stantia patris ante secula genitus: Hor.
 matris in seculo natus. Perfectus Deus, &
 homo ex anima rationali, & humana
 Æqualis patri, secundum divinitatem:
 cundum humanitatem. Conjungitur
 cum infinita, mortalis cum immortali, c.
 ta. Verbum enim & anima, & caro in unan.
 sonam & hæc tria unum, & hoc unum tri.
 na substantia, sed unitate personæ. Ol.
 Dei factus est homo, nunc imaginem ho.
 humanam assumit Deus, ut ad eterna e.
 dem securum faceret. Laudemus nos
 optimi, qui miraculosa hac nativitate à
 & inferni faucibus sumus liberati. Acced.
 latitia ad cunas Jesu Christi. Accurramu.
 pertatis oppidulum, ad ditissimæ egest.
 tium. Præuent Magi ducente stella & I.



Maria
 rofun-
 a Dei.
 culis.
 iundi
 mun-
 egum
 n! ve-
 tur ex
 emen
 in se-
 nata-
 dinis.
 st, uti
 x sub-
 rantia
 fectus
 stens.
 re, se-
 arura
 crea-
 e per-
 fusio-
 ginem
 turam
 ean-
 Cives
 nsidiis
 evota
 e pau-
 hospi-
 Mundi
 in vilia